



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

49 In emphiteusi ecclesiastica non sunt servanda pacta apposita contra  
jus laicale.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

si privatam ea 12. quæst. 1. concil. Trident. in cap. 1. §. omnino de reform, sess. 25, & Navar. in tract. de reddit, Eccles, quæst, 1, mon, 40, num, II,

- 45 Emphiteusis enim ¶ est quædam alienationis species, Bart. post gloss. in l. Codicillis §. constitutio nu. 3 ff. de leg, 2, cap, nulli de reb, Eccl, non alien, Alexand. in cons, 104, num, 5, lib, 3, & Bero in cons, 91, nu, 4611. Et ¶ emphiteusis, livellum, locatio perpetua, & similia sunt simoniaca, quæ omnia sub eodem verbo emphiteusis continentur, licet in aliquibus differant, Bart. in l. finita, §. si de vectigalibus, nu, 9, & 10, ff. de damn, infect, & las. in l. 1, nu, 41, & 42, C, de jur, emphit, ac bonorum ecclesiasticorum alienatio est de Papæ re-  
 47 servatis ex supra allegatis, Vnde ¶ quidquid tenuerint Bald, & las. supra citati, arguendo à fisco ad ecclesiam, eorum opinio, ubi agitur de emphiteusi ecclesiastica, non subsistit, nam Bart. Accur. Cyn. Spec. Host. & Io, And, quos citat, & sequitur las. in l. 2, num, 118, & 119, C, de jur, emphit, floruerunt ante Pontificatum Pauli II. à quo emanavit dict. extravag. ambitiosa de anno 1468. quam nec las. ipse vidit, quare dictorum doctor. opinio cū semper bonis ecclesiasticis ab eodem Paulo II. per dictam constitutionem aliter postea fuerit cautum, est reprobata, quia huiusmodi opinionis fundamenta, si quæ existabant per eandem perpetuam constitutionem funditus fuerunt eversa.  
 48 Cum enim, ¶ ut dictum fuit, bonorum ecclesiasticorum alienatio Pontifici sit reservata, nullo modo rectores ecclesiarum possunt illa per infeudationem, vel contractum emphiteuticum, eodem in-

consulto, distrahere, ut in eadem extravaganti ibi, necnon infeudationem, vel contractum emphiteuticum, præterquam in casibus à jure permisis in dict. cap, non liceat Papa l, 12, quæst. 2.

49 Nec pacta ¶ qualiacumque in instrumento contra juris communis dispositionem apposita servare tenentur: Est enim à jure prohibitum pactum, quod, ob non solutionem canonis emphiteuta expelli non possit, quoniam ¶ cessante per biennium, etiam quod emphiteuta non fuerit interpellatus, cū hoc casu dies statuta pro homine interpellat, justè petere expelli, prout etiam in casu venditionis domino irrequisito, ut cap, fin, de locat, ubi etiam Abb. num, 13, l. fin. C, de jur, emphit, & Dec. in cons, 164, num, 1, vers. secundo principaliter verba enim extravagantis sunt clara ibi, in casibus à jure permisis excludentes omnia, quæ à jure prohibentur, & concessiones aliter factæ nullius sunt roboris, vel momenti, ut in eadem extravag. §. si quis autem, etiam si fuerint pacta juramento firmata; quia ¶ juramenta contra constitutiones Apostolicas facta sunt illicita, & non servanda, cap, significavit, & cap, gravis de cens. Bero in cap, si quis presbiterorum num. 23. de reb. eccl. non alien. & in terminis alienationis bonorum ecclesiasticorum, idem Bero. cons, 92, num, 1. 2. 5. & 7, vol, 1, Aret. cons, 114, num, 3. & 4. Rodan. de reb. eccl. non alien. quæst. 29. num, 9.

Quando autem Pontificis autoritate facta sit emphiteusis concessio, ut fieri solet in forma, si in evidentem, juxta dispositionem dictæ extravagantis ambitiosæ, quæ ut plurimum in litteris Apostolicis inseritur, tunc minimè est dubitandum.